



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatus De// Beneficiis// Amplissimus,// Et Doctissimus

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

Cap. 1. De vacationis modis in communi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98550](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98550)



VNDECIMA PARS DE MODIS VACANDI, ET AMITTENDI BENEFICIA.

C A P. I.

De Vacationis modis in communi.

S V M M A R I A.

VACATIO beneficii variis modis contingit, quos ponunt relati. numero 1. & vacant aliquando de iure, & de facto, aliquando de iure, & non de facto, aliquando de facto, & non de iure. n. 2.

Omnes vacationis modi verbo vacationis veniunt, praesertim, ubi eadem esset ratio, numero 3. & verbum, vacatio, simpliciter prolatum, comprehendit omnem modum vacationis, etiam in materia poenali. n. 4. Et ita quando in supplicatione fit mentio de vacatione simpliciter, comprehenditur omnis modus vacandi. n. 5. & idem in expectativa. n. 6. in gratia tamen de beneficio vacante requiritur de stylo, quod exprimat modus vacandi, & ex qua persona, nisi quando impetratur certo modo. n. 7.

Vno expresso vacationis modo, alij non veniunt, numero 8. cuius quinque limitationes ponunt Feli. & Selua numero 9.

Prima est, quod capitulum, susceptum, non procedat, ubi communis opinio est, quod vacet beneficium uno modo, nam quamvis re vera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem, quando est unus impetrans. nu. 10. Quae limitatio intelligitur, quando exprimitur vacatio ex persona eius, qui communiter reputatur verus beneficiarius, alias secus. n. 11.

Si praedecessor triennio pacifice possedit, & communiter reputabatur beneficiarius, & in possessione cessit, seu decessit, non tenetur amplius successor iustificare illius titulum, & praefertur cuilibet alij impetranti ex persona alterius, ex allegatione Lapi, quam patatium servat, & reducit ad triennium. n. 12. & qui sine videndi de ea. n. 13.

Probatur vacatio beneficii ex persona alicuius, probata possessione, & obitu eius, nisi detur titulus alterius. n. 14.

Secunda limitatio, nisi aliud appareat de intentione impetrantis, ut dicitur in d. c. susceptum. n. 15. seu potius de intentione mandantis, videlicet, Papa. n. 16. & quando dicatur de ea constare, a n. 17. & seqq.

Tertia limitatio est in acceptatione, n. 20.

Quarta limitatio, quando exprimitur certus vacationis modus, cum claus. vel alio quouis modo vacet, tunc enim venit omnis modus vacandi ex persona expres-

sa, licet non ex alia, nisi addatur, aut ex alterius cuiusunque persona, quae clausula communiter apponuntur. n. 21. & 22. & tamen satis probabile, quod si diceretur, vel alio quouis modo vacet, tunc propter verbum, vacet, non comprehendatur modus vacandi, etiam ex alterius persona, n. 23. & ita potest accipi decisio Rota, n. 24.

Per d. clausulas solum venit modus vacandi de presenti, non autem de futuro. n. 25.

An per eas veniant vacationes, etiam beneficiorum reservatorum, resolutur negativè, si non est facta mentio reservationis. n. 26.

Facta autem mentione reservationis per distam clausulam venit omnis reservatio. nu. 27. praeterquam per vacationem apud sedem, seu in Curia, nam haec requirit specialem mentionem, n. 28. Et ad quarundam decisionem Rota in una Spoletiana, quam Mando. allegat in contrarium, respondetur quod ibi aderat etiam claus. verusq; & ultimus vacationis modus, etiam si ex illo quous generalis reservatio, etiam in corpore iuris clausa resulet, habeatur pro expresso. numero 29.

Quod dictum est, quod facta mentione reservationis per d. claus. siue alio quouis modo veniat omnis reservatio, procedit maxime stante claus. ac dispositioni Apostolica specialiter, vel alias generaliter reservationem existat. n. 30. & quando illa apponatur, & quando solum dicatur, ac dispositioni Apostolica specialiter reservationem existat, quo casu non venit generalis reservatio. n. 31. Dicta clausula, siue alio quouis modo, capit etiam vacationem per priuationem, numero 32.

Resignatarius, seu cessionarius virtute clausulae, siue alio quouis modo, potest capere beneficium rursus vacans per obitum alterius, quamvis resignans, seu cedens nullum ius in eo haberet. n. 33. & praefertur alteri, qui postea impetrasset per obitum, etiam ab eodem contra Rebus. n. 34. Si quis velit capere beneficium per d. clausulas generales, observabit reg. de mensuris vacavit in m. n. reservato, nec est alias alia ratione reservatur, quia erat necessaria expressio mensuris. n. 35.

Ita demum per distas clausulas generales potest impetrans eorum qui beneficii ex alia vacatione, si vacationis modus

modus dispositiue, seu assertiue expressus, saltem de facto iustificetur, prout fieri debet, ut possit recurri ad clausulas generales, & stant ista simul. n. 36. & ita procedunt decisiones curia. nu. 37. Et fuit resolutum in decis. iocib. relatis. à nu. 38. ad 46. Et facit resolutio adducta n. 47. in qua quod sunt accipiende decisiones, & Dd. citati. n. 48.

Vera videtur sententia Aegidij, quod quando plures modi vacandi copulatiue narrantur, omnes debent saltem de facto verificari contra alios. n. 49.

Non videtur vera decis. 2045. li. 3. p. 3. diuersorum. nu. 50. nec decisio Supporegion. canonicatus relata. numero 51.

Inferitur ad decisionem Ceneten. parochialis relata. n. 52. qui declaratur ibi, & n. seqq.

Gratia de beneficio uti vacante tali mense, non valet, si vacauit in alio, nec potest capi beneficium ex clausulis generalibus, nisi saltem de facto verificetur vacatio in mense narrato. nu. 55. & seq. ubi adducitur resolutio Rota. Quod procedi sine dubio, quando beneficium vacasset in mense reservato, nec esset alias reservatum alia ratione, propter regulam de expressione mensis. n. 57. ubi ponitur resolutio Rota. Procedit etiam, quamuis mensis narratus esset reservatus, & vacasset in mense ordinario, aut alias esset reservatum beneficium. n. 58. & n. seq. ponitur resolutio Rota, quamuis alias Rota teneatur non debere verificari mensem vacationis reservatum narratum, non dato concursu provisionum, ut in resolutionibus adductis. à nu. 60. Sed verius est etiam tunc debere verificari saltem emplene. numero 63.

Non videtur vera doctrina Selua. tenentis, quod si Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eum spectabat iure deuoluto, aut alias fundat se super reservatione, tenet provisio, non obstante narratione reservationis. n. 64.

Non potest capi beneficium per obitum, ex clausula, siue alio quouis modo posita in resignatione, cum ante factam resignationem per procuratorem principalis est mortuus, & sic resignatio non potest verificari, nec de iure, nec de facto. n. 65. Quidquid sit de alio capite, ex reg. de verisimili, quae non videtur intrare, cum non principaliter impetratur per obitum. n. 66. & seq. ubi ponitur decisio Rota.

Vacatio narrata non est necessario verificanda, quando gratia non est ad illam restricta, sed narrat etiam aliam vacationem, saltem in genere, dicendo, aut alias certo modo, & ideo sufficit illam verificare, nu. 68. cum seq. ubi adducuntur resolutiones & decisiones Rota.

An Ordinarij possint in provisionibus uti dict. claus. vel alias quouis modo, à n. 73. resolutur assertiue contra Rebus. & posse conferre vacationis modo non expresso, & habere modum vacationis pro expresso.

In Ordinario non procedit dictum c. susceptum, sed etiam vno modo expresso continetur alius, secundum Domin. quod probabilissimum videtur, à n. 77. & quidquid esset de hoc, certum est in Ordinario apponente clausulam, siue alio quouis modo, non esse necessarium illo modo verificare modum expressum, nec etiam de facto. n. 80.

In exequutore, seu commissario Papa recte procedit decisio d. c. susceptum. nu. 81. sicut etiam in legato. numero 82.

Quinta, & ultima limitatio est in materia non odiosa, in qua veniunt omnes vacationes, licet exprimat vacatio per mortem. n. 93.

In literis ad beneficia, quae ambiciose reputantur, expresso.

2. Tom.

so vno modo vacationis non venit alius. n. 84. alias vero in dispositione hominis expresso vno modo vacationis non includitur aliter, etiam in materia favorabili. n. 85. nisi fieret mentio de morte, & in casu de quo agitur, eundem effectum operaretur mors civilis, quem naturalis, tunc enim mors civilis, & naturalis aequiparantur, etiam si materia non sit favorabilis. n. 86. In dispositione iuris, facta mentione de vacatione certo modo, puta per mortem, etiam si materia sit odiosa, includitur alius, quando in eo est eadem ratio, ac in expresso, alias secus. n. 87. Ex quo reprobatur quoddam dictum Franchi. n. 88.

Alia sexta limitatio ponitur, quando beneficium iamdiu vacauit, ita quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur, quod tunc falsa expressio rescipitum non vitiat. nu. 89. sed hac limitatio reprobatur. n. 90.

Vacatio tamen beneficij variis, multisque modis contingit, quos ponunt Staph. de lit. gratia, tit. de variis modis vacationis, per totum, Pauin. de offic. & potest. Capituli sede vacante, vlt. pralud. Rebus. in praes. tit. requisita ad collationem bonam, à nu. 49. & in concor. tit. de Regia ad prelaturas nominatio. 9. monasterijs, verb. vacantibus, & in reper. cap. nulla, 2. de conce. prob. 6. p. emisso, & Corraf. de benef. i. p. capitulo 8.

Et vacant tamen beneficia aliquando de iure, & de facto aliquando de iure, & non de facto, aliquando de facto, & non de iure, ut per Mand. cons. 4. à nu. 20. & Gonça. ad reg. mensum, gl. 15. §. 1. à nu. 2. Omnes tamen autem vacationis modi verbo vacationis veniunt, praeteritum, ubi eadem esset ratio. gl. in cap. si propter, de rescrip. verb. vacabunt, & in c. quia saepe, de prob. in 6. ver. vacat, & in c. cupientes, in princ. de elect. eod. libro ver. vacationibus, & ibi Ioan. Monach. Archid. & Fran. numero 2. & in cap. susceptum, de rescrip. in 6. numero 3. qui tamen notat quod verbum, vacatio, simpliciter probatum comprehendit omnem modum vacationis, etiam in materia pœnali, sequuntur Staph. d. tit. de variis mod. vaca. numero 6. Feli. in c. in nostr. a. de rescrip. cor. 37. Selua de benef. 3. p. q. 12. n. 21. Pauin. sup. & Corraf. d. c. 8. n. Mando. reg. 19. §. 17. n. 2. & reg. 30. q. 7. n. 21. Meno. de arbit. libro 2. casu 201. n. 100. Flam. Paris. de resig. benef. li. 11. q. 14. numero 24. Conducit quod ait Gonçal. gl. 15. nu. 2. Ita tamen Rebus. in d. c. nulla, §. 6. p. emisso ait, quod quando in supplicatione sit mentio de vacatione simpliciter, comprehenditur omnis modus vacandi, quod etiam ait Mando. ad Lapum, allegatione 6. numero 5. liter. K. Et tamen Mohed. dec. 10. de prob. alias 134. ait, quod cum expectatiua dat beneficium vacans, per vacationem simpliciter comprehenditur omnis modus vacandi. In gratia tamen de beneficio vacante requiritur de stylo quod exprimat modus vacandi, & ex qua persona, nisi quando impetratur certo modo, ut per deuolutionem. Sed tamen vno expresso vacationis modo, alij non veniunt, cap. susceptum, de rescrip. in 6. Rota decis. 53. de rescrip. alias 743. & 17. de prob. alias 726. in antiq. & decis. 22. de prob. alias 338. & 1. de cler. coniug. in fi. alias 26. in nouis, Fastol. dub. 46. Fr. numero 3. & alij in d. c. susceptum, Fel. d. cor. 37. & in c. super literis, numer. 3. de rescrip. Selua ubi supra Rebus. in concord. titulo de forma mandati. ver. aliam quamcumque, & in tral. de nominatione. q. 17. n. 25. alias 62. Sarnen. in reg. de impetrat. benef. per obitum familiarium. Card. q. 7. versic. vlt. ne aliquid, Gigas, consilio 131. Corraf. d. numero 2. petrus

V 2

decif. 25. lib. 1. Rota decif. 80. lib. 3. p. 3. diuer. Mandol. d. reg. 30. q. 7. numero 22. & d. reg. 19. q. 17. numero 3. qui cum Franco *supra*. id ampliatur, effo, quod in aliis fit fortior ratio, & Menoch. *dist. casu* 201. numero 203.

9 Cuius doctrinæ & quinque limitationes ponit Fel. d. cor. 37. & Selua, qui eius dicta refert *vbi supra*.

10 Prima est, quod decisio d. c. *susceptum*, non procedat, vbi communis opinio est, quod vacet beneficium vno modo, nam quamuis re vera vacet alio modo, tamen illa communis opinio excusat impetrantem, quando est vnicus impetrans, ex illo capite putatio, & non habet competitorum, qui impetraverit etiam posterior, ex alio vero capite, qui cōcurrat, & se opponat ante completum negotium, id est, ante adeptam possessionem ab illo. Quæ limitatio intelligitur quando exprimitur vacatio ex persona eius, qui communiter reputabatur verus beneficiarius, & sic loquuntur Lap. *alleg. 89. n. 14. & 15. & Dominicus in d. c. susceptum*, & Socin. *in repet. c. postulasti, de reser.* quos Feli. & Selua citant. & sequitur Fran. d. c. *susceptum*, n. 5. & 11. alias enim communis opin. non excusaret, si re vera beneficium non vacabat modo expresso, ex d. c. *susceptum*. Et istam limitationem ponunt etiam Rebuff. d. verb. *aliam quancunque*, ad fin. & Menoch. *sup. n. 104. Thom. Sanch. de matr. lib. 8. disp.*

12 24. n. 20. Aduerte tamen, quod si prædecessor triennio pacifice possedit, & reputabatur beneficiarius, & in possessione cessit, seu decessit, non tenetur amplius successor iustificare illius titulum, & præfertur cuilibet alij impetranti ex persona alterius, ex d. *alleg. Lapi. quam Palatius seruat*, & reducit ad triennium, Cassad. *decif. 2. 3. & 4. de cau. poss. Achill. dec. 178. Crescen. 21. de proba. Guidobon. decisio. 1. & 2. in manuscrip. Sarnen. in reg. de trienna. questio. 16. & 3. Masc. de prob. concl. 175. & 1379. Et si de dicta allegat.*

13 Lapi. videndus est Mandol. *ibi*, qui latissime agit de ea, Hieron. Gabr. *consilio* 190. libro 1. Masc. *supra* & Flam. *Parif. libro 10. de resig. quest. 4. & lib. 11. quest. 6. a numero 95. & decisio. 779. lib. 3. p. 3. diuer. & 18. p. 2.*

14 Aduerte etiam si probari vacationem beneficii ex persona alicuius probata possessione & obitu eius, nisi decur titulus alterius, Puteus *dec. 87. libro 3. & fuit resolutum in causa Gienens. præstimonij. 19. Nouem. 1593. coram Dom. Blancheto, & in Placentina beneficiorum, 23. Martij 1609. coram Domino Pamphilio.*

15 Secunda limit. quam ponit Feli. & cum eo Selua est, nisi aliud appareat de intentione impetrantis, vt dicitur in d. c. *susceptum*, & notat Lap. *sup.* & eam ponunt Mand. d. regu. 30. quest. 7. num. 22. & Menoch. *sup. n. 105.*

16 Circa si quam est aduertendum cum papaz. in add. *dec. 1. de rescrip. in non. n. 4.* quod litera Feli. & sequentium, est corrupta dum dicit de intentione impetrantis, intentio enim impetrantis nihil potest operari in proposito. & text. quem allegat in d. c. *susceptum*, non loquitur de intentione impetrantis, sed mandantis, scilicet, papaz.

17 Et si de intentione constare dicitur (inquunt Mand. & Meno) ex verisimili coniectura, si talis sit impetrans, cui pontifex concessisset, quod tamen apud se ait, non carere dubitatione. Mando. *Nec mihi* placet, nam secundum hoc d. c. *susceptum*, nunquam fere haberet locum, quoniam cui papa concedit gratiam per vnum modum vacandi, maxime, difficiliorem, fere semper concederet per alium, si exprimeretur, cum non sit maior ratio in vno, quam

in alio. Facit quod tradit Feli. in d. c. *super literis*, n. 3. limit. 4. Vnde si tunc dicerem, constare de intentione mandantis, quando id ex aliquibus verbis literarum constaret, seu colligeretur, vt si scriberet, *monu proprio*, vel adesset clausula, *sine alio quouis modo*, de quo infra Franchum in *dict. cap. susceptum*, numero 9.

Tertia limit. quam ponit Feli. & Selua, est in acceptatione, quam etiam ultra citatos ab eis tenet Fran. in d. c. *susceptum*, n. 12. Rebuff. d. q. 17. de nominat. a d. nu. 25. & d. verb. *aliam quancunque*, *versifallit in acceptatione*, & Meno. *sup. n. 106.*

Quarta limit. est, quando exprimitur certus vacationis modus, cum clausula, *vel alio quouis modo*, qua vti commodissimum esse ait, Corra. d. nu. 2. cum Cosma in *pragmat. sanct. tit. de causis, si uenit quod monasteria*, verb. *alias quouis modo*, Tunc tenemur venit omnis modus vacandi ex persona expressa, licet non ex alia, nisi addatur, *Aut ex alterius cuiuscunque persona*, (quæ clausula communiter apponitur, Mandol. *de signa. gra. tit. de resig. versif. clausula, sine premissis*) ita Feli. & Selua *sup.* Fran. d. c. *susceptum*, n. 8. & 9. Staph. *de lit. gra. tit. de expectatiuis ad diuer. benef. q. 9. quo vero ad alias, Sarnen. reg. de infirm. q. 34. & de public. q. 16. Hier. pau. in præd. Cancell. in notab. super vacantiis, non reserua. versif. clausula, aut ex alterius, Rebuff. d. verb. *aliam quancunque*, & d. q. 17. num. 26. alias 63. Mando. d. reg. 19. q. 17. a num. 4. & d. reg. 80. q. 7. num. 22. & consi. 4. num. 17. Nauar. in c. si quando de rescrip. except. 2. numero 3. Menoch. *sup. num. 107. & 122. Flam. parif. lib. 8. de resig. benef. q. 7. num. 65. & a num. 119. & Rom. d. decif. 1. de rescrip. in nouis. & ibi Addam.* maxime papaz, qui refert plures Rotæ decisiones circa hoc.*

Est tamen satis probabile, quod cum Cardi. tradit Felin. & Selua *sup.* quod si diceretur, *vel alio quouis modo vacet*, tunc propter verbum, *vacet*, comprehendatur modus vacandi, etiam ex alterius persona, & sequuntur Mohed. *2. de offic. deleg. alias 265. numero 2. & Flam. parif. supra num. 126.* Et si ita potest accipi decisio. 52. de concess. *præbend. alias 613 in antiq. & quod tradit Masc. concl. 181. ad fin. Et si est aduertendum quod per dictas clausulas solum venit modus vacandi de præfenti, non autem de futuro, vt contra Sarnen. d. q. 34. de infirm. recte docet & explicat Mando. d. q. 17. num. 13. Caput. *dec. 256. p. 2. Flam. parif. supra num. 133.**

Et si an per dictas clausulas, veniant vacationes etiam beneficiorum reservatorum, dicendum est, quod clausula prædicta nulla facta mentione alicuius reservationis, non se extendit ad reservata, Rebuff. in *praxi in forma signaturæ*, verb. *affectum, versif. mo si Papa*, Mand. d. q. 17. num. 7. & 8. Simon. *de reser. q. 14. Aeneas de Falc. cod. tract. 4. q. 4. effect.* Quamuis contrarium teneant Sarn. d. q. 34. in prin. & Flam. *parif. supra n. 131. & 132.* Facta autem mentione reservationis per d. clausulam venit omnis reservatio, Mando. *ibi*, præterquam si per vacationem apud sedem, seu in Curia, nam hæc requirit specialem mentionem, Domin. & Fran. in c. 2. de *præb. in 6. Simon. q. 4. n. 15. & q. 73. n. 1. & Gonça. gloss. 13. a nu. 35.* Quamuis Mand. *ibi* velit venire etiam tunc vacationes apud sedem, dicens, Rotam in vna Spoletana beneficiorum, 4. Iulij, 1550. coram Domino Vertano resoluisset, stante clausula, *quouis modo*, & clausula *quancunque generalem reservationem* importante, venire etiam vacationem per obitum in curia Rom. de quo modo vacandi

29 di nulla fuit facta mentio. Sed t̄ respondetur, quod in illa decis. quæ est Fabij, & habetur 3. p. diuer. libr. 2. dec. 266. & libro 3. dec. 341. vbi pro Spoletana dicitur Toletana, fuit ita decium, quia ultra clausulam, quouis modis, & claus. quancunque generalem reservationem importante aderat etiam claus. Vtiusque, & vltimus vacationis modus, etiam si ex illo quouis generalis reservatio etiam in corpore iuris clausa resulteret, habeatur pro expresso, seu in toto, vel in parte exprimi possit. Et sic erat perinde ac si obitus in Curia fuisset expressus, & in literis potuisset exprimi. Aeneas d. effect. 36. Vnde illa decisio potius est pro nostra sententia. Pro qua etiam est decisio Calagurritana de Arcaya, 28. Iunii, 1591. supra adducta. 5. p. cap. 1. numero 527.

30 Et id t̄ quod diximus, quod facta mentione reservationis per d. clausulam, siue alio quouis modo veniat omnis reservatio, & c. procedit, maxime, stante claus. Ac dispositioni Apostolica specialiter existat, vel alias generaliter reservationem existat, quæ in literis Apostolicis apponitur, quando fuit facta mentio dispositiue, id est, assertiue, pure, & determinate alicuius reservationis, & non exprimitur detentor, seu intrusus, alias solum dicitur, Ac dispositioni Apostolica specialiter existat, iuxta t̄ reg. Cancell. 55. de clausulis in beneficiis vacan. pomen. vbi glossator reg. 62. & Hier. Pau. in pract. Cancell. in notab. super vacantibus non reservatis, vers. quando non præponitur reservatio. Et sic tunc non venit generalis reservatio: & quæ sit illa, & quæ specialis videndum est sup. 5. p. c. 1. a n. 56

31 Vnde dicta clausula, siue alio quouis modo, capit etiam vacationem, per priuationem, Mohe, dec. 2. de sequest. poss. alias 333. Flam. Paris. supra num. 146. & fuit resolutum in vna Burgen. canonicatus 27. Iun. 1586. coram D. Giffio, in qua fuit tentum, prouisionem Aloisij sustineri vi d. claus. generalis, quamuis constaret, simoniam realem inter Antonium, & Georgium commissam fuisse, vt per Flam. ibi. Vnde t̄ etiam resignatarius, seu cessionarius virtute claus. seu alio quouis modo potest capere beneficium tunc vacans per obitum alterius, quamuis resignans, seu cedens nullum ius in eo haberet, puteus dec. 25. li. 3. Mohed. dec. 5. de præbend. alias 107. Rota dec. 266. libro 2. & 305. & 341. libro 3. par. diue. Mando. de signatu. titul. de resignatio. vers. non addita autem illa, & Flam. Paris. supra numero 64. & a numero 120. Et fuit resolutum in vna pacen. canonicatus, 27. Febr. 1559. coram D. Chislanen. Et præfertur t̄ alteri, qui postea impetrasset per obitum etiam ab eodem, quidquid dicat Rebus. d. verb. altam quancunque, ver. nam hoc intelligerem, nec Lap. quem citat loquitur in his terminis.

32 Aduerte t̄ tamen primo, quod si quis velit capere beneficium per dict. clausulas generales, siue alio quouis modo, & c. obstat reg. dist. mense, si vacauit in mense reservato. Neque est alias alia ratione reservatum, quia erat necessaria expressio mensis, ex dict. reg. vt diximus supra 5. par. cap. 1. a numero 654.

33 Secundo t̄ aduerte, quod ita demum per clausulas generales siue alio quouis modo, potest impetrans consequi beneficium ex alia vacatione, si vacationis modus dispositiue, seu assertiue expressus saltem de facto iustificetur, prout fieri debet, vt possit recurri ad clausulas generales, & stant ista simul, quod beneficium vacet alio modo, quam narrato, & tamen vacatio narrata possit iustificari saltem de facto, quia ille ex cuius persona vacatio narratur, habebat pos-

sessionem, seu aliquid ius in illo beneficio. Addi Rotæ dec. 1. de rescript. in nou. a n. 8. & facit d. dec. 305. & 475. m. 2. libro 3. p. 3. diuer. & dec. 1. Putei, 400. libro 1. & 26. num. 5. libro 3. Flam. Paris. libro 10. de resig. q. 3. n. 11. & 12.

Et t̄ sic procedit d. decisio 266. libro 2. & 341. libro 3. p. 3. diuerf. quæ sunt eiusdem causæ cum dict. decis. 305.

Et ita fuit resolutum in causa Salamantina Archidiaconatus de Alba, de anno 1582. in qua fuit consideratum, clausulis generalibus non fuisse locum, quia narratiua resignationis neq; de iure, neq; de facto iustificabatur.

Et in vna Calagurri. thesaurariæ 11. Ianua. 1578. coram D. Cæsare de Grassis, in qua fuit dictum, quod viderentur bene literæ an modus vacandi per contractum matrimonij sit datus dispositiue, quia si id esset, non posset impetrans ex clausula, siue præmissis, alias vacationes capere, quam per contractum matrimonij, vt in decision. eiusdem Grasis. 125. numero 67. & 8.

Idem t̄ fuit resolutum in causa Mediol. præposituræ, 17. Apr. 1589. coram D. Plato, in qua fuit dictum, impetrantem teneri concludenter verificare vacationem narratam ob non publicationem, nec posse se innuare ex eo quod alias vacet per promotionem: quia nihilominus tenetur probare vacationem narratam.

Et in t̄ vna Bononien. canonicatus, 1. Decembr. 1589. & 19. Martij 1590. coram D. Pamph. I. in qua fuit dictum idem fuisse tentum in d. causa Salamantina Archidiaconatus de Alba, 22. Maij, 1582. coram D. Decano, & in pluribus alijs causis. Idem fuit tentum in Spoletana beneficiorum de anno 1595. supra adducta 5. p. cap. 1. num. 92. & in t̄ Oxomen. capellanæ, 13. Ianuarij 1595. coram D. Lita fuit dictum, vacationem narratam debere verificari saltem de facto, vt intret clausula generalis vacationis alterius, & c. In qua coram eodem 25. Iunij eiusdem anni fuit resolutum, A. impetrantem, cui facta t̄ fuerat gratia per obitum Hieronymi cum clausula, siue præmissis, siue alio quouis modo, & c. non teneri probare obitum Hieronymi in possessione, dummodo probetur, eum aliquando obtinisse beneficium de facto, vel de iure, quia cum non mittatur subrogatione gratiosa contenta in sua prouisione, sed intendat iustificare gratiam suam ad effectum consequendi possessionem beneficii, sufficit, vt iustificet, Hieronymum aliquando habuisse ius in dicto beneficio, & quod illud de tempore collationis vacabat.

Quæ tamen decisio erit intelligenda dummodo illud ius, quod Hieronymus aliquando habuerat in beneficio, siue boni, siue malum, staret adhuc tempore obitus ipsius, & non cessasset iam per cessionem, siue rem iudicatam contra eum latâ, alias enim non stante tunc tali iure, nec possessione, non verificaretur villo modo vacatio narrata ex eius perfa, neque de iure, neque de facto, vt requiritur.

Et t̄ in vna Mediol. beneficij, 11. Decembr. 1595. & 5. Iunij, 1596. fuit resolutum, quod ad effectum iustificationis narratiue, satis est, quod probata sit vacatio ex resignatione narrata saltem de facto, vt intrent postea clausule generales, atque ita vacatio per assecutionem, aut alias, & c.

Idem t̄ fuit resolutum in Virdunen. canonicatus 15. Martij, & 13. Maij, 1596. coram D. Pamphilio, vt in decisione infra adducta cap. 3. numero 332, & in illa Tarosina paroch. 11. Ianuar. 1602. coram D. Ludouico

supra adducta 6. p. cap. 2. numer. 239. vbi dicitur quod cum probeatur vacatio narrata de facto saltem, inerat clausula, vel alio quouis modo, ut fuit dictum in Placentina capellania, 27. Iunij, 1597. coram D. Penna. Conducit decif. Farin. 134. numer. 4. & est videnda illa deci.

47 Et prædictis facit t. decisio in causa Cremonen. parochialis, 18. Decemb. 1556. & 15. Ianu. & 8. & 26. Martij. 1557. coram D. Quiroga, in qua fuit resolutum, quod impetrans beneficium per obitum cum narratiua, quod defunctus erat familiaris Cardinalis, tenetur pro canonizatione gratia verificare familiaritatem, quia Papa facilius concedit, vbi narratur familiaritas, quia scit consensum etiam Cardinalis requiri, ideo Papa libere concedit, quia scit ad se plene non pertinere. Et per notata per Egid. decif. 76. Rotam de præb. 20. in nouis. Gem. conf. 15. Nec obstat, quod in eadem gratia sit derogatum indulto Cardinalis Episcopi diocesis. vbi est beneficium in clausulis generalibus, quia ille habent contradictionem tacitam in euentum, in quem haberet indultum, ideo non ita expresse ostendunt mentem Papæ. Vnde sequitur, quod si Cardinalis ille non habebat indultum, Papa nil ei derogauit, & tunc remanet obiectio, scilicet Papæ fuisse indultum ad facilius concedendum ob expressam familiaritatem alterius Cardinalis. Et clausula, siue alio quouis modo, non tollit qualitatem familiaritatis expressam, Rota decif. 1. de sequestratione posses. & 1. de rescript. in nouis. Gemin. dict. conf. 15.

4 Et iuxta prædicta est t. accipienda Rota decif. 17. de præben. in antiquis, & Felin. in cap. in nostra de rescript. cor. 6. & decif. Caputaquen. 256. par. 2. & quod dicit Ripa in cap. 2. de rescript. n. 60. & Ioann. Gutierrez cano. quæst. lib. 2. cap. 15. n. 60. & decif. Legionen. præstimoniorum ad si. supra adducta 5. par. cap. 1. numero 136.

49 Ex quibus t. inferitur primo veram videri sententiam Egidij decif. 734. seu 735. in si. vers. & ideo cum forsitan, quod quando plures modi vacandi copulatiue narrantur, omnes debent saltem de facto verificari contra decisionem 14. de rescript. in nouis, & dictam decisionem Egidij num. 5. & 6. quam sequuntur Felin. in cap. 2. de rescript. n. 23. & in cap. licet causam de probatio. n. 40. Rebus. in concord. titul. de collatio. §. prefati. que ordinarij, verb. collationem, Mascard. de probatio. concl. 181. & 886. ex num. 13. & 112. 8. numer. 26. & Ioan. Gutierrez sup. numero 58. contra quos facit decisio Fabij Acoramboni, & decif. 674. num. 6. par. 1. diuersorum, de quibus supra 6. par. cap. 2. numero 192. & sequenti.

30 Secundo t. inferitur, non videri veram decisionem 1045. lib. 3. parte 3. diuersorum.

31 Tertio t. inferitur, non videri etiam veram decisionem Rotæ in vna Hipporigien. canonicatus 22. Octob. 1584. coram D. Orano, in qua domini confirmarunt licet as gratia Petri non esse subreptitias cum enim haberent clausulam, quouis alio modo, capiunt quemlibet modum vacationis, adeo, quod si non sit verificetur ex cor. respectu admissiois, & promissionis in continenti coram eisdem notario & testibus modus vacationis expressus, nihilominus intrat vacatio, ex quo vicarius Hipporigien. per resignationem de canonicatu & præbenda, contra formam constitutionis Pij V. consanguineo resignantis prouidit, ex Rota dec. 1. de rescript. in nouis, & 52. de concessio. præben. in antiquis, quæ resolutio conuincitur ex dictis.

32 Quarto t. inferitur, ad decisionem Rotæ in causa Cetenen. parochialis, 11. Iunij 1557. coram D. Iunio, in qua

fuit resolutum. Impetrans beneficium vti reseruatum per obitum prothonotarij, non teneri verificare reservationem, sed posse capere ex clausulis generalibus, quia si Papa concessit beneficium vti reseruatum, facilius concessit, si non fuisset reseruatum, quia si est reseruatum, est proprium Papæ, & difficius concedit, si autem non est reseruatum, est alienum, & facilius concedit, Rota dec. 73. de rescript. in antiquis. Quæ decisio intelligenda erit, quod in illo casu necessarium esset verificare vacationem narratam per obitum illius saltem de facto, ut esset locus clausulis generalibus. Quamuis t. non esset necessarium verificare prothonotariatum, & sic reservationem, nisi daretur concursus cum prouisione ordinarij anteriori ex ratione, de qua ibi. Qui tamen hodie videtur necessario verificandus, etiam non dato concursus cum prouisione anteriori ordinarij, quia hodie non solum Papa non concedit facilius beneficia spectantia ad collationem ordinarij, quinimo regulariter non vult illa prouidere, ne illis præiudicet Egidij decif. 654. seu 655. vers. tamen contrarium puto, & Achilles dec. 264. statim referenda.

Quinto t. inferitur, quod gratia de beneficio vti vacante tali mense non valet, si vacauit in alio. ex d. c. susceptum, & ibi Franc. num. 7. additio. 3. d. decif. 1. de rescript. in nouis. Nec potest capi beneficium ex clausulis generalibus siue alio quouis modo, & c. nisi saltem de facto verificetur vacatio in mense narrato ex dictis, & est optima decisio Achillis de Grassis 264. seu 1. de præben. Vbi t. in vna Palentina coram D. Reo. 56. mano, de anno 1548. fuit tentum. Quod promissio beneficij per Nuntium Apostolicum facta de beneficio, tanquam vacante de mense Pontificis, non capit beneficium, quod vacasset alio mense ordinarij, etiam si adesset clausula, quouis modo. Tum, quia illa clausula restringitur, ne contradicat expresse, & non capit vacationem per aliam personam, & c. item quia tempus est adiectum causa taxationis, ut per Oldra. confil. 330. consideratum etiam fuit, quod facilius Pontifex, & Nuntius prouident de beneficiis in suis mensibus, quam quod velint grauare ordinarios collatores. Et decisio Viridunen. canonicatus, 19. Iunij 1595. coram D. Pamphilio supra adducta 5. par. capite 3. numero 44. & post hæc tradit Gonzalez regulam de mensibus, §. quarto protem. numero 80. vbi allegat aliam decisionem nouissimam & glossa 32. numero nono & 59.

Quod procedit t. sine dubio, quando beneficium vacasset in mense reseruato, nec esset alias reseruatum alia ratione, propter regulam de expressione mensis, ut in vna Toletana canonicatus de Talauera, 24. Februa. 1552. coram domino Caputaquen. in qua fuit resolutum, Quod impetranti per obitum in mense ordinarij, non sufficit verificare obitum præcessisse impetrationem, sed debet verificare mensem narratum, quia si non vacasset in mense ordinarij, tenebatur facere mentionem de mense, propter regulam reseruatoriam, quia si Papa intellexisset vacationem in mense reseruato, difficius concessisset, quam si intellexisset vacationem in mense ordinario, & licet de iure non teneatur exprimere mensem vacationis, tamen quia expresse tenetur verificare, sicut dicitur de valore, Rota decif. 524. in antiquis, Felin. in cap. in nostra de rescript. idem dicitur de atate, quando est expressa, tenetur impetrans illam verificare, ut per Coram decif. 61. in Miscellaneis manuscriptis, quidquid dicat Gonzalez glossa 32. numero 61.

Procedit t. etiam ex dictis, quamuis mensis narratus est.

ratus esset reservatus, & vacasset in mense ordinario, aut alias esset reservatum beneficium, ut in dict. de iust. Achillis 294. & dicta Virdunen. canonica-tus.

59 Et in vna Sutrina parochialis 8. Junij 1588. coram D. Plato fuit resolutum, *Quod obitus licet probeatur per testes dicentes vidisse sepeliri, tamen non probatur obitus in mense Ianuarij. per testes dicentes vidisse sepeliri 2. Ianuarij, cum ex aliqua causa potuerit funus deferri per duos dies, & ideo magis fuit data fides testib. qui in isto casu deposuerunt vidisse mortuum, die 8. Sylvestri 2. hora noctis, & licet velit capere beneficium vigore clausula generalis, siue pmissio, siue alio quouis modo, &c. nec sit necessaria expressio mensis, quando reservatio aliunde sumitur, quam ratione mensis, tamen quia fuit expressus obitus in mense Ianuarij. debet iustificari ille mensis, ut fuit resolutum in vna Tolitana canonica-tus coram Cantuicio.*

60 Quamvis tamen in vna Corduben. beneficij 21. Aprilis 1559. coram D. Quiroga fuit resolutum, *Quod promissus a Papa de beneficio per obitum N. in mense Augusti, cum clausula, siue alio quouis modo, etiam si reservatum, &c. non tenetur verificari vacationem per obitum in mense Augusti, cum non datur concursus cum provisione ordinarij, vel alia provisione alicuius qui se opponeret, sed agitur contra intrusum, & si Papa dedit beneficium tanquam reservatum, multo magis dedisset, si scivisset non reservatum, Rota decisione 73. de rescri. in antiquis, praesertim quia aderant clausulae generales, siue alio quouis modo, &c. ex quibus potest capi hoc beneficium, & sapius fuit firmatum, Cassad. decisio 5. de praebend. Simonea de reservatio. quaest. 61. Felinus in cap. in nostra 6. cor. de rescript. & quae adducebantur ex adverso, quod procedunt, quando datur concursus ordinarij, tunc enim quia reservatio offertur ad eum excludendum, ideo plene est probanda, Sarnen. de impetrat. beneficia. per obitum familiaris, Cardin. quaest. 13. & 14. decisio 42. & 612. Cassad. decisio 2. de constitut. Putens decisio 10. de praebend. & fuit resolutum in vna Cremonen. praepositorum coram D. Oradino, Simonea de reservatio. quaest. 29. & illud fuit dictum procedere, etiam si in provisione Papae adesset clausula, dummodo hac vice collatio ad nos pertineat, quia iuris dicitur pertinere, si non appareat de contrario, licet aliqui tenerent contrarium in hoc per decisionem quintam, Cassad. de praebend. & Gemm. conf. 92. Haec in d. Corduben.*

61 Quod tamen videtur tenuisse Rota in Burgen. praetimonij de Pancoruo 28. Nouembr. 1588. sup. adducta, 6. par. c. 4. num. 12. & Clarius in Placentina canonica-tus, 1. Martij 1599. coram D. Orano, in qua fuit resolutum, *Gratiam Baeta esse iustificatam, quo ad vacationem narratam de mense Februar. vii. de reservato per testes de publica voce & fama, quod sufficit, quando de simplici probatione vacationis agitur, Putens decisio 286. lib. 3. licet enim aliud sit receptum, quando promissio in reservatione fundatur, ut hic, cum eo casu plena probatio obitus requiratur, ex quo agitur de praedictio ordinarij, vel alterius praetendentis collationem beneficij ad se spectare, ut fuit resolutum in Elnen. sacristia coram Lancelloro, & Pampilonen. beneficij de Allo coram Laurerano, hoc tamen intelligendum venit dato concursu alterius, ita quod impetrans pro victoria egeat probatione reservationis, nam alias non dato concursu sufficit sola iustificationis ad suscitandam provisionem Apostolicam, vel tanquam ad se spectantem, vel per viam praetentionis, ut fuit dictum coram Quiroga in Corduben. benef. de Castro del Rio, 21. Aprilis 1559. & in Bur-*

gen. de Pancoruo coram Giffo 28. Nouembris 1588. & c.

Sed tamen nihilominus ex supradictis verius videtur, etiam non dato concursu provisionum debere verificari mensem vacationis reservatum narratum, quamvis non dato concursu alterius, qui exhibeat provisionem ordinarij, vel alterius praetendentis ad se spectare, sufficit illum semiplene probare, cum non agatur de praedictio alterius, iuxta alias deducta, 6. par. cap. 4. & posthac tradit Gonzalez glos. 11. ex n. 100. & 104. & dictum est, 6. par. cap. 2. num. 229. vbi vide.

Sexto tamen insertur, non videri veram doctrinam Seluae de benef. 3. par. 9. 41. tenentis, quod si Papa in conferendo beneficium, cuius collatio ad eum spectabat iure devoluto, aut alias, fundat se super reservatione generali, vel particulari tenet provisionem, non obstantem narratione reservationis.

Septimo tamen insertur, in terminis questionis quam ponit Sarnen. in reg. de verisimili. quaest. 3. non posse capi beneficium per obitum ex clausula, siue alio quouis modo, &c. posita in resignatione. Nam cum ante factam resignationem per procuratorem principalis sit mortuus, resignatio non potest verificari, nec de iure, nec de facto, cum mortuus non possit vere dici resignare villo modo, Flamin. Paris. de resignatione li. 4. q. 2. m. 7. 2. & 73. & conducent quae ipse tradit libro nono, quaestio 24. & decisio in causa Burgen. decimarum de Escalante, 30. Ian. 1589. coram D. Bubalo, vbi quod mortuus non potest dici vere supplicasse: & sic non potest recurri ad dictam clausulam generalem, & intrat decisio Rotae in illa Salamantina Archidiaconatus de Alua sup. relata, num. 38. Quicquid tamen sit de alio capite, ex regula de verisimili, de quo ibi agit Sarnen. & Mandos. ibidem reg. 30. q. 2. tenens contra Sarnen. contra quem etiam tenet cum aliis, Corrae 2. par. cap. 3. numero 9. & eorum sententia mihi verior videtur, quod attinet ad dictam regulam. Pro tamen quae est decisio Chilianen. 168. in manuscrip. vbi habetur, *Quod gratia, si neutri, si obtineatur, etiam si per obitum, non subicitur regula de verisimili, etiam si capiat per obitum, quia non principaliter impetratur per obitum, & regula loquitur in impetratione principali, ita decisum in Conchen. de la Mohilla coram D. Thoma 1546. licet cum Sarnen. teneat Nauar. in c. si quando de rescript. except. 2. n. 3.*

At tamen vacatio narrata non est necessario verificanda, quando gratia non est ad illam restricta, sed narrat, etiam aliam vacationem, saltem in genere dicendo, *Aur alias certo modo.* Et ideo sufficit illam verificari, nam in alternatiuis sufficit vnum verificari, reg. in alternatiuis lib. 6. c. inter cetera. de rescript. Mascard. c. clus. 1128. num. 31. ita fuit resolutum in vna Lunen. Sacarnen. prioratus, 9. Februar. 1590. coram domino Seraphino, & in causa Bononien. canonica-tus, 19. Februarij 1590. coram D. Pamphilio, in qua tamen fuit decisum, *Quod vacatio narrata non est necessario verificanda, quando gratia non est restricta ad illam, sed narrat etiam aliam vacationem saltem in genere, & ideo sufficit illam verificari, cum adesset clausula, seu alias certo modo, nam in alternatiuis sufficit vnum verificari, reg. in alternatiuis lib. 6. c. vi fuit resolutum in dict. Lunen. Sacarnen. prioratus. Nec obstat, quod clausula, seu alias certo modo, non sit in literis, quia stante expedito perinde, & etiam valere, nihil refert, & in omnem euentum potest recurri ad supplicationem tanquam matricem, quando literae sunt semel expeditae, &c.*

- 70 A qua decisione † quamvis recesserunt domini, coram eodem 19. Martij 1590. ex eo, quod clausula, seu alias certo modo, non sint in literis, &c. tamen idem postea fuit decifum coram eodem 24. Maij 1591. nam tenuerunt domini, Quod vacatio ex constitutione Py V. de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis resignantium verificatur ex confessione aduersarij, qui in sua gratia confessus est vacasse per resignationem sui parui, &c. nec est necessarium in casu, de quo agitur, verificare alium modum vacandi ob non factam publicationem, ut fuit in hac eadem causa resolutum coram eodem, &c.
- 71 Idem fuit resolutum † in vna Calagurritana beneficij de Ariola 16. Nouemb 1592. coram D. Gipsio vt in decisione sequenti, Dabitur an gratia Petri Ruiz esset iustificata, & esse iustificatam domini concluderunt, quoniam siue beneficium vacet per obitum Ioan. siue Dominici, satis verificatur narrata, maxime stante clausula, aut alias certo modo, quo fit vt sufficiat Petro ex pluribus modis narratis verum verificare per regulam in alternatiuis in 6. Et fuit resolutum in vna Bonoriensi. canonicatus de anno 1590. coram D. Pamphilio, & sat est, quod gratia de facto verificetur, Rota decif. 8 de electio. in antiq. Ag d. decif. 16. in fi. eo-que magis hoc dicendum videtur, cum in supplicatione legatur clausula, siue premissis, siue alio quouis modo, Dd. in cap. susceptum de rescrip. in 6. obitum Ioannis de mense Octob. 1588. probant testes, primus super quarto, & tertius super octauo, & coadiuuantur ex fide notarij. Non obstat, quod in supplicatione fuerit expressus 1589. quia huiusmodi error fuit in literis correctus, & corrigi potuit propter clausulam, quod premissorum verior expressio in literis fieri posset, quamvis ad alias habilitates Petri, & quod sit filius patrimonialis predilecti loci, bene probant dicti testes, qui dicunt ipsum esse filium patrimoniale, & habilem, & intelligi debet de habilitate, iuxta formam per constitutiones requisitam, maxime quia in hac materia leuiiores probationes admittuntur. Nec refragatur, quod testes videantur nulliter examinari ex defectu iurisdictionis, ex eo quod literis non expeditis causa commissa fuerit, quod fieri non poterat propter regulam Cancellariæ 29. de qua per Caputaquen. decif. 37. & 38. par. 3. quoniam cum lis ageretur inter D. Ruiz. & D. Garciam, qui literas expedituerat, & Petrus obtinuit postea commissionem cum clausula, quam, & quas, vigore cuius fuit ad causam admittus, non potest dubitari de iurisdictione, quia d. reg. non habet locum in commissione non dependenti, vt per Anton. August. super d. reg. num. 10. que obiciuntur de regula de annali & triennali, erunt particulariter discutienda.
- 72 Et in dicta † Calagurritana Thesaurariæ 13. Ianuar. 1578. fuit resolutum, quod narrata vacatione, siue per resignationem, siue per matrimonium potest capi vacatio per resignationem, & eius casus intrare, vt in d. decif. Casaris de Grassis. 125. n. 10.
- 73 Sed dubitatur, an ordinarij possint † in prouisionibus vti dicta clausula, vel alias quouis modo. In quo Rebuffus in praxi, tit. requisita in literis collationum, n. 16. tenet Episcopum non posse in literis collationum apponere clausulam, quouis modo vacet, quia non potest in omnibus vacandi modis providere, & si apponat dictam clausulam, nihilominus beneficium non deberi, nisi per modum expressum, sequitur P. Gregor. de benef. cap. 25. nu. 11. dicens ordinarij non posse vti clausula, vel alias quouis modo, quæ solum potest adici à S. Pontifice.
- 74 Et num. 15. † ait ibi Rebuff. ordinarios non posse

habere modum vacandi pro expresso, quia hoc ad Papam solum pertinet, & sequitur Flamin. Paris. lib. 8. quaest. 9. numero. 50. idem docet Rebuff. conf. 35. vbi ait, opus esse exprimere, ex cuius persona vacauerit, vt sciatur, an collatio ad ordinarium spectet, necne.

Verius tamen est Episcopos, & alios collatores posse in suis prouisionibus vti dicta clausula, quouis modo, vt omnis modus, ex quo possint conferre, contineatur, cum non inueniatur prohibitum, vt tenent Francus in d. cap. susceptum, num. 10. & in cap. 2. num. 4. de electio. in 6. Cosmas in pragmat. sanct. tit. de causis, verb. alias quouis modo, Puteus decif. 181. lib. 3. Papaz in additione d. d. decif. 1. de rescrip. in nouis, numero. 14. & bene Hieron. Gabr. conf. 188. lib. 1. quod tenet iam idem Rebuffus in nouioribus editionibus, in additione d. num. 16. & in patronis idem tradit Lapus allegat. 78. num. 14. alias 9. & in electoribus, idem Lapus allegat. 6. Rebuff. in concordatis, tit. de forma mandati, verb. in modum. Et † præterea verius est posse conferre vacationis modo non expresso & habere modum vacationis pro expresso, Franc. & Hieron. Gabriel, vbi proxime, & Rebuff. d. verb. in modum, & conf. 73.

Quinimo Dominicus † confil. 52. & 119. col. 1. notat in ordinario non procedere dict. cap. susceptum, sed etiam vno modo expresso contineri alium, Staphileus de lite. grat. & tit. de vicariis modis vacationis, s. resignationis modus, num. 22. ait aliter pro nunc non discutere, & Hier. Gabr. s. n. 1. ait, se nunc non affirmare.

Et † contrarium tenet Francus in dict. capit. susceptum, num. 10. & Rota loquendo in electione in d. decif. Putei 181. numero primo lib. tertio & videtur tenere Lapus dict. allegat. 6. numero 5 & ibi Mandos. tera 1.

At mihi probabilissimum videtur, † quod notat Dominicus ibi, & sequitur Ferretus conf. 304. nam in 79 ordinario, in quo non datur surreptio, Clem. 2. de offi. ordinarij, & dictum est supra 8. par. capit. 3. nu. 3. modus vacationis, expressus non videtur causa taxationis sicut nec in Papa, quando prouidet motu proprio, vt cum Franc. ibi, n. 9. diximus supra num. 19.

Et quicquid esset † de hoc, certum tamen existimo in ordinario apponente clausulam, siue alio quouis modo, non esse necessarium vllo modo verificare modum expressum, nec etiam de facto.

In executore † tamen, seu commissario Papæ, rectè procedet decifio d. cap. susceptum, Puteus decif. 25. lib. 1. Rota decif. 830. lib. 3. par. 3. diuersorum. Sicut † etiam in legato, in quo cadit surreptio dict. Clem. 2. & capit. fin. de offi. legari in 6. ad dictam decif. Achillis 264.

Quinta, & vltima † limitatio, seu fallentia, quam adducit Felin. & cum eo Selua, est in materia non odiosa, quia veniunt in ea omnes vacationes, licet exprimat vacatio per mortem, ex glo. in Clem. ne Romanus de elect. verb. moriente. Domin. in d. cap. susceptum, in fi. Abbate. q. 1. ad fin. cum alijs, & tenent Boerius decif. 2. num. 4. Corraf. dict. capit. 8. numero 2. vers. in alijs tamen, & hanc limitationem ponit etiam Menoch. sup. n. 108.

Ego autem † omnia comprehendens sic resoluum puto, quod in literis ad beneficia, quæ ambiciose reputantur, expresso vno modo vacationis non venit alius dict. cap. susceptum, & ibi glo. Alias † vero in dispositione hominis, si verbum vacatio profertur ab hoc homine, tunc etiam si materia non sit am-

fit ambitiosus seu odiosus sed fauorabilis, expresso nō modovacationis, non includitur alter, ut est textus iuncta glossa. *verb. cedentium. in cap. quāuis 2. de prae- ben. in 6. & in c. si de verb. significat. eodem lib. Franc. in dist. capit. susceptum nu. 6. & 17. & in capit. si pro- pter. eod. tit. de rescrip. sub n. septimo, Gigas d. conf. 131. a num. 4.*

86 Quod tamen ego limito, ut non procedat ubi fieret mentio de morte, & in casu, de quo agitur eū- dem effectum operaretur mors civilis quem natura- lis, tunc enim mors civilis & naturalis equiparantur, etiam si materia non sit fauorabilis, ex l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. & ibi Dd. Feli. in cap. quia licet. de offic. delegati, numero 2. Rodericus Suar. allegacione 20. Gigas d. nu. quarto Mandol. reg. 30. quast. 7. nu. 16. & conf. 9. a nu. 6. cum alii. In disposi- tione tamen iuris si sit mentio de vacatione certo modo, puta per mortem, etiam si materia sit odiosa, inclu- ditur alius modus, quando est in eo est eadem ra- tio, ac in expresso, aliās fecus glo. in cap. penult. verb. sed capitulum. de supplen. negligent. praelator. lib. 6. & gloss. 2. in cap. uni. ne sede vacante, & in cap. scui. verb. moriatur, de prae- ben. & in cap. fin. verb. decessum, de cō- cessio. prae- ben. eodem lib. & in d. Clem. ne Romani, verb. moriente, & in Clem. 1. verb. mori, ut lite penden. (quae glossae sunt communiter approbatæ) Ita Fran. d. nu. 17.

88 Ex quo non videtur verum, tamen quod idem Franc. ibidem n. 4. in fin. dicit cum Ioan. Andr. & Domin. de statuto facto, & iurato, quod mortuo plebano non eligatur aliquis, qui non sit in Sacerdotio constitu- tus, quod si non vacat per mortem, sed alio modo, & eligunt non presbyterum, non erunt petiuri, ex di- ctis enim conuinci videtur.

89 Aliam sextam tamen limitationem ponit Menoch. supra numero 109. ex Rebus. in praxi, tertia par. signa- tura, verb. alia clausula, numero 4. quem id sentire ait, scilicet quod quando beneficium iam diu va- cavit, ita quod de eius vero vacationis modo certa notitia non habetur, tunc falsa expressio rescriptum non vitiat.

90 Sed tamen haec limitatio vera non videtur, nam tunc non debebat impetrans certum modum exprimere determinate, & si expressit, sibi imputet, si postea fal- sus apparet. Nec Rebuffus contradicit.

CAP. II.

De vacatione per obitum.

SUMMARIA.

Per mortem beneficiati vacat beneficium, nam mors omnia soluit, n. 1.

Fallit ubi beneficium suppressum esset ab habente pote- statem, vel unitum, n. 2.

Secundo fallit ubi beneficium esset de mensa praelati, di- gnitatis, seu Cap. quod non vacat per mortem clerico- rum illi seruientium, quibus illius fructus quandoque conceduntur, & huiusmodi beneficiis, etiam curatis potest serui per vicarium temporalem, & ad nutum amonibilem, & c. n. 3.

Hodie in huiusmodi beneficiis curatis unitis mensa, seu quoad spiritualia, & temporalia, ordinarius potest fa- cere deferui per vicarium perpetuum, ex decreto

Concilio, ubi derogatur privilegio ponendi vicarium temporalem, seu amonibilem, & c. habet etiam locum in unitis mensa, & c. numero quarto, quinto & sexto & derogatur etiam immemoriali deferuendi per vi- carios temporales, seu amonibiles, numero septi- mo.

Non potest ordinarius libere, & sine causa id facere, quia eius arbitrio videtur relictum nempe arbitrio boni viri, & sic ratione regulato, numero octauo & seq. ubi ponuntur declarationes, S. Congreg. nec nisi citatis & auditis partibus, numero decimo Nec ap- pellatione remota, nisi in visitatione, & tunc tollitur quoad effectum suspensum tantum, nu. 11. Nec po- test fieri nisi in visitatione, quando beneficia sunt v- nita monasteriis, & c. nu. 12. In quibus hodie ex con- stitutione Pij V. debet deputari unus ex ipsis regu- laribus ad nutum amonibilis, & c. numero decimo- tertio. In parochialibus tamen, quae non sunt unita monasteriis, se d eorum membra, nec decretum Con- cilio, nec constitutio Pij Quinti locum habent, nume- ro 14.

In executionem d. decreti debet prius erigi vicaria perpetua, n. 15. Et si non constet de erectione, non est attendendus vltimus status, quod sit collata, ut per- petua, & c. n. 16.

Tertio illud fallit, ubi canonicatum, & prebendam non est certus numerus, ubi vacatio etiam per mortem dari nequit, n. 17.

PER mortem tamen beneficiati vacare beneficium cui- dens est, cap. susceptum, de rescrip. in 6. cum aliis. nam mors omnia soluit, athen. de nuptiis. §. deinceps, de quo assumpto tractatum edidit Sebast. Medices, qui dicitur mors omnia soluit, & tradit post haec Gonzalez ad reg. mensum. gloss. 15. a numero ter- tio.

Id tamen fallit, ubi beneficium tamen suppressum es- set ab habente potestatem, cap. cum accessissent. de cō- stitutio. ubi Doctores, vel unitum accessorie, ut infra vltima parte, cap. 2. ex numero, 12. Gonzalez ibi, nu- mer. 7.

Secundo fallit, ubi beneficium tamen esset de mensa praelati, dignitatis, seu Capituli, nempe quod est v- nitum eorum mensa, seu quoad spiritualia, & tem- poralia. Nam huiusmodi beneficia non vacant per mortem clericorum illis seruientium, quibus illo- rum fructus quandoque conceduntur, quia illi non sunt proprii rectores, seu beneficiati, sed veluti v- sufructuarij, & sic eis mortuis ad instar usufructus mensa consolidantur. Et huiusmodi beneficiis, et- iam curatis potest serui per vicarium temporal- lem, & ad nutum amonibilem, quamuis ubi unita sūt quoad temporalia, debeat curatis deferui per vica- rium perpetuum, cap. extirpanda. §. qui vero. de prae- ben. Ita glo. in Clem. 1. de rescrip. verb. haberent, & in Cle. 1. §. eadem. verb. de mensa, de supplen. negligent. prae- lator. & in Clem. 1. §. quidam etiam, verb. ad mensam, de excessib. praelator. per textum ibi, & Dd. ibid. Rota dec. 2. de excessib. praelator. laias 273. n. nonis Fel. in ca. cum accessissent. num. 2. de consuetud. Corraf. de benef. 1. pa. cap. 8. num. 4. Hoieda de incompatibil. beneficiorum, 1. par. capit. 15. numero quarto & octauo, & nouissime Flores de Mena, qui alias plures refert. q. 10. nume- ro 13.

Hodie tamen tamen in huiusmodi beneficiis cura- tis unitis mensa, seu quoad spiritualia, & temporalia, ordinarius potest facere deferui per vicarium, per-